



**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd
Zauberische Personen verfahren soll**

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

II. An Sagæ seu Lamiæ, quæ nec hominibus nec hominibus nec
animantibus segetibus vè nocuerint, ignis pœnâ puniendæ sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64982)

28 *Quest. II. An Saga qua non nocuerint*

Relinquitur itaq; in ipso *Diabolo* hujus rei causam poni debere, qui hac probâ judices ad *mortaliter* peccandum inducit, hacque viâ judicia, quæ sancta teruari oportet, commutat in scholam *Magiæ*. dicente *Bodino* l. 4. de *dæmon*. c. 3. in *fin*.

QUÆSTIO II.

An Saga seu lamia, quæ nec hominibus nec animantibus segetibusvè nocuerint, ignis poenâ puniende sint?

NUNQUAM assentiri possum *Alciato* & *Duareno*, qui existimant *Sagas* qua tales, si nihil aliud admiserint, absolvendas ac dimittendas esse; ita enim scribit *Alciatus* 8. *parerg.* 22. hæc fœminas helleboro potius, quam igne purgandas videri; & *Duarenius* in *tit. ad L. Cornel. de sicar.* c. 2. inquit, si miseræ hæ mulierculæ nihil aliud admiserint, eas *Curia Parisiensis* absolvere ac dimittere meritò contullevit.

Con.

ignis pœna puniendæ sint. 29

Contentiunt *Godelman. de lam. lib. 3. c. 11. n. 32. & seqq. Fichard. cons. 112. n. 4. & Wierus lib. 5. de præstig. Damon. per tot. qui & in epistola dedicatoria ad Guilelmum Clivia Julia & Montium Ducem, hanc sententiam probat, nimirum Lamias nemini ulla voluntate maligna, quacumq; dira imprecatione, aut intuitu malitioso nocere posse, at vitiata Dæmonis conatu occulto phantasiâ, eas tanquam melancholia agitata, in mentem sibi inducere, quæcumque mala ab ipso Sathana illata, vel naturali occasione ex abstruso Dei consilio prognata, abs se perpetrari, &c.*

Atque hanc ob causam *Wierus*, ac cû ipso *Fichard. Godelm. dd. locis*, magnam vim faciunt in distinctione nominum: *Magi, malefici, venefici, incantatoris, strigis, Lamia, Saga*: quasi verò *Lamia* nostræ quoad pœnarum quæstionem, numero cæterorum Magorum atque Maleficorum sint eximendæ.

Sed putidam hanc diligentiam jure insuper habuit *Detrio* vir doctus iuxta & pius, *disq. Magic. lib. 5. sect. 16. in prin.*

Ne-

Neque hic tempero mihi quo minus
 Viri cujusdam alias juris publici & priva-
 ti scientissimi sententiam, quam ille in
 causa veneficii, postmodum ad Facultas-
 tem nostram pro decisione transmissa,
 iudicibus suggestit, eius verbis recitem:
 Sonsten ist's ins gemein/ rescribit ille, mit
 der Hexerey eine hohe wichtige / verwirrete
 zweiffelhaffteige / dunckele Sache / darin ein
 Christlich Obrigkeit mit so liederlich vnn-
 gehling noch zu herbe vnd rauch / Sondern
 fürsichtiglich / gründlich / bescheidenlich / mit
 behutsamer wolbesohnener Messigung vnd
 glimpff versahren muß. Ja viel rechter dar-
 an thut / daß sie mehr der Miltigkeit / dann
 der harte vnd scharffe nachsetzet / gestalt nach
 gemeinem Spruch vnnnd Regul viel besser
 ist / zehen Schuldige loß zusprechen / dann ein-
 nen Unschuldigen zu verdammen.

Vnd were wol zu wünschen / pergite ille, daß
 viel mehr die alte Kayf. Satunge Caroli
 Magni heutiges Tages von allen Obrige-
 keiten fleißig in acht genommen würde / dar-
 in sie dahin angewiesen / daß man der Hexe-
 rey halber beschuldigte Personen / insperren /
 durch

ignis pœna puniendæ sint.

31

durch die Geistl. vnd Seelsorger zur Buß
vnd Reue ermahnen lassen soll / vmb so viel
danehr / daß in solchem Werck des Teufels
List / Betrug / vnd Verblendunge der
Armen Leuth / offemahls gespüret wirdt.
quemadmodum in effectu constitut:
Caroli Magni, hac in re refert Carolus
Sigonius in Historia Italiæ in Carolo
Magno.

Darzu dann auch der Ursache zura-
then / dieweil die tägliche Erfahrung gibe/
da die Selindigkeit der scherpfte vnd stren-
ge / fürgeset wirdt / daß sich desto weniger
Zauberin im Land erzeigen vnd gleichsam
verschwinden / hingegen je hefftiger man
sich vmb Außrottunge derselben bemühet/
je mehr diß Unziffer sich erreugt / vnd qua-
si pede cancrino vnzählich hereinschleicht/
gleich dem Drachen davon die Poeten dichte-
ten / er habe viel Köpffe gehabt / wann ihm
der einer abgehauen / wuchsen zwey andere
wider an die stat / welches ich also discurs
weiß / jedoch männigliches Verbesserung
in alle wege ohnbegeben zu meinem gutach-
ten anzeigen wollen.

Hec

Hæc per discursum Vir ille *Ætus* juxta ac *politicus* magni nominis, cuius auctoritatem quamvis merito venerer, dicam tamen *bona pæce* de hac illius sententia, quod *Cassius Avidius* de *Marco Antonino*: *Marcus Antoninus philosophatur, & querit de clementia, & de animis, & de honesto & justo, nec sentit pro Republica: & ibidem: Marcus homo sanè optimus, qui dum Clemens dici cupit, eos patitur vivere, quorum ipse non probat vitam.* Vide *Scip. Gentilem de Conjurat. lib. 2. tit. Vulcatii Gallic. V. C. Avidius Cassius ad Diocler. Aug. infine.*

Quare malim cum communi *Theologorum & Ictorum* schola statuere & affirmare, *Lamias* occidendas etiamsi hominem nullum veneno necassent, etiamsi segetibus & animantibus non nocuissent; eo ipso tantum, quod *Damoni* fæderata, quod conventui interesse solita, & qua ibi exercentur prestare: sie seyen allein darumb an Leib vnd Eiden / vnd mit dem Sewer zu straffen / das sie den Christlichen Bunde in der Lauff verpflichtet / Gottelâsterlich gebrochen / auch Gott dem Allmechtigen ab / vnd dem Feinde Menschlichen

lichen Heils durch sondere pacta, verbündet-
hassen / vnd abjurationes zugesagt haben /
seines Willens zuleben / Atque hæc sem-
per mea fuit sententia, divinis & huma-
nis Legibus conveniens.

Probatur hæc sententiâ per textum.
Exod. 21. v. 19. Maleficos non patieris vi-
vere; quam Legem Mosis *D. Hieron. in Ie-
rem. c. 27. v. 9.* & *Dan. c. 2. v. 2.* *D. Augustin.*
lib. 21. de civ. Dei c. 6. ac *Carholici Patres* ple-
rique ad omnes Magorum species retu-
lerunt, unde nec hoc in loco vox Latina:
Maléfici restringi potest ad solos venena-
rios, tametsi id voluerit *Wierus* ex profes-
so sagarum patronus *l. 5. de prestig. demon.*
per tot. sed ipsum retudit doctè *Delrio d. tr.*
l. 1. c. 2. qui optimè ostendit, quamvis *Sep-
tuaginta interpretes* locum illum verterint
Φαρμακούς: attamen ab istis interpretibus
hanc vocem non pro solis venenariis, sed
latius usurpatam fuisse, quod vel ex loco
Dan. c. 2. v. 2. apparet ubi hoc nomine:
Φαρμακός: somniorum interpretes com-
plexi sunt.

Et certè cum criminis gravitati com-
men-

34 *Quest. II. An Saga quæ non nocuerint*
menturanda sit pœnæ gravitas; gravitas
autem criminis petenda à *persona offensa*
dignitate, & ab ipso *offensionis modo*; Ac-
quin certum sit *Lamias, quæ tales*, Deo &
superis maledicere & blasphemare, à
Deo ad hostem Dæmonem transfugere,
huic se devovere, fidelitatis & obedientiæ
Sacramentis se addicere, adeoq; crimen
læsæ Majestatis divinæ apertissimum com-
mittere;

Et ergò vix hominem Christianum
dixerim, qui tales absolvendas ac dimit-
tendas dixerit; Et testantur locorum om-
nium acta de hac re judiciaria, quod *Lam-
iæ* cum impuro spiritu, cui se mancipa-
runt, coeunt, Sodomiamque exercent,
& sic non tantum contra sexum, neque
tantum extra speciem peccant, sed et-
iã extra genus, quod detestabilius est; qui
vero cum sexus eiusdem homine Sodo-
miam commiserit, necari iubetur. *Levit.*
c. 20. v. 13. quantò magis igitur *lamiæ hæc*
occidendæ, & etiamsi nemini nocuerint,
nihilominus incinerandæ?

Et itaque rectè *consuetudine ferè universi*

ignis pœna puniendæ sint. 35

sali Europa, de qua attestantur Clar. Bossi. Covar. Remig. Damhauder. Fichar. aliq; scriptores, qui res criminales prosecuti sunt, nationum omnium, igni traduntur & concremantur, quam generalem consuetudinem qui pravitatis accusant, hæc illi in Republicam, quin Deum ipsum, impii sunt, & hæc viperarum examina, periculosa dissimulatione ad evidẽtem Civium perniciem, fovẽnt tuenturque, quippe semper iudicii maioris faciendus est honor & iniuria Dei, quam cuiusvis hominis, & magis læditur Respubl. atroci iniuria Deo, quam hominibus illata.

Quare illam debet acerbius punire, diligentiusq; conniti ad extirpationem criminum, quæ directè ledunt maiestatem divinam, quam quæ directè vergunt in hominum iniuriam damnumve arg. Deuter. c. 13. v. 8. ubi de crimine idololatriæ præcipitur, nec parcat ei oculus tuus, ut miserearis eius aut occultes eam, sed statim interficies: Vix scio an de ullo crimine, quod Respubl. directè noceat sic loquatur Scriptura. Videte itaque quid faciatis, non enim hominum exercetis iudicium,

C 2

dicum,

63 *Quaest. II. An Sage qua non nocuerint
dicium, sed Domini. 2. Paralip. 19. vers. 6.*

Cæterum duo potissimum obiciuntur. 1. Constitutio Carolina art. 109. cuius hæc verba sunt: **So jemandt den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zufüget / soll man ihn straffen vom leben zum Tode vnd man soll solche Straff mit dem Feuer thun: Wo aber jemandt Zauberey gebraucht / vnd damit niemandt Schaden gethan hette / soll sonst gestrafft werden / nach gelegenheit der Sachen / darinnen die Vrtheiler Nahcs gebrauchen sollen.**

Et ergo si alicui damnum maleficio siue veneficio intulerint, *morte ignis plectantur*: si vero nulli damnum intulerint, *pœnas patientur* pro delicti quantitate & qualitate.

Verum Respondeo, minimè inde sequi, quod voluere *Duarenus, Wierus, alij* hæc lamias absolvendas ac dimittendas esse: dicitur in hoc articulo, **Das sie sollen sonst gestrafft werden / wo sie niemandt Schaden gethan: quod si igitur hæc Constitutio Carolina ad hæc lamias extenden-**
da

da, prout illud ex nomine: *Zauberer*: colligi possit, quippe quod ex Germanicæ linguæ proprietate latius patet, ita ut & *Magiam* & *Maleficium* complectatur, unde & *Magi* & *Malefici* à nobis *Zauberer* vocantur;

Utrique tum dicendum, *Lamias* quæ tales, & quæ nihil præter Magiæ crimen admiserint, puniendas, adeoque harum lamiarum crimen hujusmodi esse quod pœnam mereatur, & quidem pro quantitate & qualitate eius criminis, *nach gelegendheit der Sachen*: Atquin semper hujus criminis ea est qualitas & quantitas, ut si *fœderata fuerint cum Demone*, morte plectendæ sint, nimirum, ut antè ostendi, propter alia multa crimina, huic confederationi vel connexa, ut *apostasia* & *blasphemix*, vel comitari solita, ut *idololatria*, *Sodomia* &c. Quibus à legibus divinis & humanis iustissimè mors decreta supplicium. *Exod. 22. Levit. 24. c. 1. de apostat. L. 2. & 3. C. de apostat.*

Et ergò *Carolus V. in d. artic. 109.* hoc definire ac lancire voluit, qui damnū venefi-

38 *Quest. II. An Saga qua non nocuerint*
neficio intulerint, illos semper igne pu-
niendos: qui verò non intulerint illos ali-
quando igne, aliquando alio supplicio pu-
niendos, ut illic *imp.* non negaverit, quin
Lamiæ si cum Dæmone fuerint fœdera-
tæ morte plectendæ sint, sed iudicis arbi-
trio relinquere voluerit, si nemini nocue-
rint, an hoc casu igne an alio supplicio
puniendæ; absit enim ut pio & zeloso
Principi imputemus, ac si affirmaverit,
eum qui vaccam vel Equum occiderit, interfi-
ciendum esse, qui verò à Deo ad hostem
Dæmonem defecerit, & Deo maledixe-
rit, & Dæmoni se addixerit expressa pro-
fessione, & cum eo fœdissimè coierit, cura
morte non afficiendum.

Atquin replicabis, cum iuxta *d. art.* ve-
nenarii semper igne, non venenarii au-
tem arbitrio iudicis puniendi sint, velex-
inde apparet, quod non venenarii minus
noxii censeantur Reipubl. adeoque mi-
tiori, quam mortis supplicio, puniri de-
beant.

Verum respondeo, iccirco quoad ve-
nenarios ignis supplicium exprimi, ne iu-
dices

dicentes putarent, tales noxios veneficos, sicut cæteros homicidas, decollandos, sed intelligerent huiusmodi reos omnes igni tradendos esse, quod atrocius crimē sit *veneno & ope Daemonis* quem tollere; *L. 1. C. de malef. & mathemat.* errassent autem hic iudices facile si etiam venenarii *arbitrio ipsorum* puniendi fuissent.

Cæterum ut hoc addam fortè non aberraverit, qui dixerit, *Imperatorem in d. art. 109.* loqui de Veneficis *in specie sic dictis*, qui quidem cum Diabolo *pactum nullum expressum inierunt*, sed alias veneno graflantur, & hominibus jumentisq; nocent *d. L. 1. C. de malef. & mathemat.* atque hoc lancire, ut si artibus magicis *durch Zauberey* nocuerint & *de facto* hominem jumentumve necassint, eos comburi debere, sed si nocere alicui attentaverint, effectus verò seu nocumentum hoc secutum non fuerit, *oder wo sie Zauberey sonst gebräuchet / vnd damit niemant beschädiget hetten* / tunc non ordinaria ignis, verum extra ordinaria pœnâ prudentis viri arbitrio puniendos esse, *Confer novissimè*

40 *Quaest. 11. An Saga qua non nocuerint*
Berlich. p. 4. concl. practic. 5. n. 49. & seqq. ut
ita Carolus V. in d. artic. 109. de Lamis sive
Sogis, quatenus hæc cum Dæmone fœde-
ratae sunt, attamen non nocuerint vel
damnum dederint, nihil disponere, sed
illas pœnae ignis iam tum à Friderici & Maxi-
milianæ Primi temporibus receptæ, relin-
quere voluerit, atque de eo tanto minus
dubitandum, quod Carolus aut eius Con-
siliarii, huius art. 109. conceptores, fue-
rint Pontificii, qui unquam striges aut La-
mias hæc tanquam hæreticas & à fide
apostatantes voluerint tractari, ac proin-
de pœnis hereticorum, nimirum rogo ob-
solam hæresim subdi.

Obiicitur 2. Lamix fatentur vel im-
possibilia: vel improbabilia, nempe se per an-
gustum foramen ad conventus volasse: cum
Diabolo Venerem exercuisse: tempestates exci-
tasse: pactum cum Diabolo inisse: & huius-
modi quæ sunt nugæ merae & imaginatio-
nes delusarum mentium: & ideo nō sunt
ob id puniendæ, sed verbo Dei potius
melius instituendæ. *Cod. m. d. lib. 3. c. 11. n.*
32. & 33. quem frigide latis ac ieiunè se-
qui.

quitur *Meisner. in philosoph. sobria part. 3. sect. 2. c. 6. quest. fin.* Atque hoc idem est, quod *ICtus* ille ac *Politicus*, cuius verba supra recitavimus, iudicibus persuadere voluit.

Verum respondeo, de hac opinione *Wierianorum*, qui hæc cuncta esse illusoria ac deliramenta adeoque nec gravem mereri pœnam, affirmant, iam pridem tã scriptores Catholicici *Remig. in demonolatr. Crespertus. de odio Sathana: 1. dis. 2. Spineus apolog. 1. c. 3. & 4.* quem omnino vide: quam Protestantes *Bodin. in Demonom. Mollerus comm. in Constit. Saxon. p. 4. sect. 2.* graviter conquesti sunt, scilicet *Lamias* impunitas isto prætextu, vel minus quã oportet punitas dimitti, & hinc ipsas impunitate fieri deteriores, & pedetẽtim plures pluresque sibi complices impigre adiungere.

Et videmus, proh dolor hoc scelus magis magisque gliscere, ex quo multorum iudicium in corda falsa hæc ac perniciofa opinio se penetravit.

Sane si de ullo crimine verum, de hoc

42 *Quaest. 11. An Saga quae non nocuerint*
utique verissimum est vetus illud: *Parcenda*
nocentibus innocentium salutem conserva-
ri non posse. V. Farin. de ind. & tort. q. 43. n.
67. & 68.

Quomodo igitur laudabimus *Meisne-*
rum dicentem *d. loc. Sagas fæderatas*, quum
ex communi humana, (nota, rogo, hæc ver-
ba) & *peculiaris sexus infirmitate*, à Sathana
sint deceptæ, ob solam divini nominis
abnegationem, & pactum cum Diabolo
(nota) in initum, non esse capitaliter puni-
endas, sed potius sanctissimis monitis
corrigendas, à nefario instituto (rarum
exemplum, & redeunt ut canis ad vomitum)
abducendas, vel si animum obfir-
marint, pœnis non capitalibus afficien-
das, & ex toto orbe Christiano (forte in
Vtopiam) exterminandas. *Hæc ille*, sed in-
consideratè.

Etenim falso supponit *solas mulierculas*
in hoc peccatum incidere: & hoc posito,
falso affirmat *sexus fragilitatem* esse idoneam
causam minuendæ pœnæ in hoc atrocis-
simo delicto: Et tamen positis istis foret
inhumanum ex toto orbe exterminare

eam

eam quæ ex *communi humana fragilitate* peccarit.

Sanè *hereticum* vel *heretico credentem* tali exilio dignum ipse non facile dixerit, & dicit tamen de *heresi*, & *abnegatione* ista similiter iudicandum esse. *vers. nam. i. abnegatio.*

Verius docuit Mollerus *ad constit. Saxon. part. 4. sect. 2. n. 4.* ad pœnam ignis sufficere *fidei abnegationem*, & *fœdus cum Dæmone*, quæ cum istis in Sagis *Meisnerus* quoque agnoscat, & eiusdem rectius sententiam approbasset.

Jam supra ostendi, tam multa concurrere in uno hoc crimine, quorum singula morte dignissima, ut communi iudicio carere videatur, qui *communem hanc pestem* non censeat igne gladioque abolendam.

Et esto, possint tales mulierculæ deludi in somniis, & hæc quæ de coitu cum Dæmone aut nocturno conventu confitentur, esse deliramenta; attamen illæ, *ratione complacentia subsecuta & consensus pleni in vigilia præstiti*, culpa non carent, postquam

44 *Quest. III. An Sage realiter cum Dem.*
quam enim evigilarunt recordantes eo-
rum, quæ in somnis egerant, putantes ea
verè & corporaliter à se gesta, ratificant
pactum & cultum Dæmoni exhibitum,
foventque etiam pertinaciter volunta-
tem ad similes conventus revertendi &
faciendi quæcunque arbitrantur se illic
commisisse, *idolatriam, Sodomiam, &c.*

Quare vel eo nomine, licet hæc ne-
quam voluntas & opinio ex delusione
nasceretur graviter puniendæ, ut optime
ratiocinatur *Delrio d. loco.* Confer quæ in
in quæst. seq. dicuntur.

QUÆSTIO III.

*An Sage seu Lamie realiter & verè
pactum cum Dæmone ineant, ac
Venerem exerceant?*

IN Confessionibus Sagarum ad hoc
præsertim respiciendum est, an quæ fa-
tentur *impossibilia* sint, vel saltem *improbabilia*
videantur: si ea quæ fatentur sint ip-
sis Dæmonibus non possibilia, quoad hæc
mentiuntur ac confessionibus illarum fi-
des